

Mythologia, Venise, 1567 - X [59] : De Sole

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[59\] : De Sole](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre V

[Mythologia, Venise, 1567 - V, 17 : De Sole](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[59\] : Du Soleil](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[59\] : Du Soleil](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - X [59] : De Sole, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1004>

Copier

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination297v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Soleil](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiæ

na potentia plena essent, vt putabant, semina generationis.

De Adoni.

NEQVE vero simplex erat modus vires solis ostendendi, sed pro arbitrio artificum fabularum. nam modo capitur pro messe vt Proserpina, quæ per quoddam spatium est apud inferos, modo apud superos, modo pro sole: qui eadem ratione modo diuturnior est apud inferos, modo apud superos. hunc aiunt ab apro ictum interiisse, propter horridam vim hyemis, per quâ deficient penè solis vires. nam dū est in australibus signis, horrida terra fit, & frugibus, vt apparet, inutilis, cum vere omnia reuiuiscant.

De Sole.

SOL quia lucem & vitam denique impertit omnibus animantibus lucis quæstor & autor habitus est vnus, & morborum & salutis moderator, & frugum & rerum omnium copix largitor, & Deus denique, cum Dei naturam superiorem his omnibus nondum homines cognoscerent.

De Aristee.

ARISTEI vero fabula solis filii posthæc introducta fuit, cum nos ad prudentiam antiqui hortarentur, quæ non mediocriter assidue rebus nostris est adiumentum, vitamq; facit faciliorem, minusque molestat mortalibus: quippe cum imprudentix multæ molestiæ & insuauitates vitæ soleant esse adiunctæ.

De Phaethonte.

AD explicanda vero illa quæ sunt virtute solis, excogitata fuit fabula Phaethontis: cuius error omnia propè humana exussit, quia facta fuit eximia siccitas, & æstus inuisitatus, qui per totam æstatem ad medium Autumnum perdurauit. Post illam tam acrem & horridam æstatem, eximios calores ingentia tonitrua necessario sunt consecuta, & fulmina complura, quare dictus est Phaethon fulmine fuisse à Ioue deiectus ad ripas Eridani propter inundationes, quæ temporum inundationes huiusmodi cum pestilentia plerunque sequuntur. At Ethicè.

Monuerunt sapientes præterea sæpius honores, qui ab imperitis rerum gerendarum, expetuntur, nonnunquam & ipsi calamitosos fuisse qui acceperunt, & iis qui concesserunt parum honorificos. nam multis pernitiola fuit ambitio, & honores ac magistratus præter dignitatem concessi.

De Aurora.

ENIMVERO non solum motus solis, & planetarum nonnullorum, per fabulas expresserunt antiqui, sed etiam cum talia vel talia nobis apparent sydera illorum vires explicarunt. tum apparentem lucem ante ortum solis cum primum cælum rubescit, auroram vocarunt, quia sub exortum solis aura lenis plerunque spirare consuevit, quam lucem cum interiectis surgentibus